



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 22. Motus in Rhetia continuati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

tica Provincia pro fide Catholica in Sæc. XVII.  
Tusienſi oppido immanissime trucida- A. C. 1620.  
runt, ejus ſocio etiam ad mortem con-  
vulnerato.

## §. XXII.

*Motus in Rhetia continuati.*

**H**oc item anno Religionum dissidia Brachel. in Rhetia apud Grifones diurni, *Hist. l. I.* cruentique belli inter Hispanos, Gal-<sup>p. 32.</sup> *Massen. An-* losque occasionem dedere. Optata *nal. Trevir.* pace fruebantur Vall- Tellini, quam- *Lotich. rer.* diu Religio Catholica ibidem a ſectis *Germ. l. 7.* alienis intacta florebat; quamprimum <sup>cap. 15.</sup> vero Calvini ſecta per complures Vi- ros, fœminasque ex Italia in Rhetiam & præsertim Vallem Tellinam profu- gas ibidem radices agere cæperat, il-lico civilium armorum motus invalue- re; Calvinistæ enim & præcipue Grifo- nes arrogato ſibi imperio Tellinos Re- ligione Catholicos mancipiorum more habebant, & non modo in eorum bona & vitam tyrannicum exercebant im- perium; sed etiam illorum conscientiis vim inferre intentierant, & Calvinianos errores implantare, Eccleſias & Mona- ſteria Catholicis erēpta in Collegia & Scholas, in quibus juventus ſecta im- bueretur, commutare, omnibusque viis fidem Catholicam eradicare nite-

F 3

ban-

Sæc. XVII. bantur. Acrius autem irritabantur  
A C. 1620. Catholicorum animi novissima, atque

inter Christianos nunquam audita crudelitate, qua Calvinistæ sanguinario judicio Thusisii erecto præfatum Nicolaum Ruscam Archipresbyterum trucidarunt, & S. R. Imperii Principe Joanne Curiensi Episcopo, ac Joanne Prevosto morti adjudicatis ambos Plantanos, plurimosque alios bonorum proscriptione, exilio, carceribus, aliisque severissimis pœnis in Catholicæ Religionis odium mulctarunt, ac e. Ferrer. contiamnum in ceteros multam parabant. tin. Hist. Insuper futuræ, acerbiorisque vexationis metum ingesserat haud parum mæsta recordatio tyrannidis, quam Calvinistæ hoc anno Pragæ, Pilsnæ, Olmutii, Brunæ, Bacheraci & Cubæ in Sacerdotes, monasteria, & Catholicos exercuerunt. Tot igitur sibi, ac suæ Religioni illatis injuriis provocati Tellini, præsertim Plantani, cum pestilens hoc Reipublicæ ulcus nisi ferro & excidio curari posse crederent, Feriæ Ducis, qui Hispani Regis nomine Mediolanum moderabatur, opeim implorant, supplices, ut Religionem Catholicam, & Rempublicam a Calvinistis & venali Judicum fide oppressam tueri, necnon proscriptos suis bonis, & patriæ red-

*Bald. chron.  
moral.  
pag. 1225.  
Ferrer. con-  
tin. Hist.  
Hisp. t. II.  
c. 2. p. 281.  
326.*

reddere vellet. Nec defuit æquis pre- Sæc. XVII.  
cibus prompti auxilii pollicitatio. A.C. 1620.

## §. XXIII.

*Calvinistarum Grifonum cædes.*

Interim novum indignationis argumen- *Ferrer. l.c.*  
tum trahebatur ex eo, quod Calvi- *pag. 328.*  
nistæ ejecto Parocho Catholico Boalzii *Bucelin.*  
Calvinianum Prædicantem subrogari *Rhæt. Sacr.*  
jussissent; sub idem vero tempus nuntia- *& prof.*  
*pag. 358.*  
batur, Hispanos haud procul a Rhetiæ  
finibus abesse, quo circa Grifones adhuc  
opis imploratæ ignari Tellinis præce-  
perunt, ut ductore Jacobo Robustello  
Morbonium inter & Travonam fauces,  
transitusque obsiderent, quod manda-  
tum, et si Catholici in rem suam ver-  
terent, haud obscure tamen eis signifi-  
cabat, quod Calvinistæ Hispanos a  
Rhetiæ finibus arcere, toto studio ad-  
laborarent. Hæc ipsa speratæ opis  
frustratio Catholicos impulit, ut peri-  
culum in mora subesse rati, ad pro-  
priam sui defensionem arma sumere,  
ferali consilio decernerent. Ergo die  
nona Julii Robustellus noctu cum suis,  
ne Calvinistæ rem comperire possent,  
Plattamalæ transitus obsidet, ac sum-  
mo mane Tyrannium profectus, ur-  
bem, aliaque loca trucidatis excubito-  
ribus occupat, civesque in Templo po-

F 4 tissi-